



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod inientes pactum cum daemonibus tacitum vel expressum sunt
idolatre h[a]eretici & alieni à catholica fide.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29941

minū : rituā : non vt animalia cibis : sed
vt spiritus signis inquantū si hęc eis ex-
hibentur in signū diuini honoris cuius
ipſi ſunt cupidi . His ergo rebus vtitur
maleficus vel malefica iñſtinctu dęmonis
per paclū inuocationis tacite vel expreſ-
ſe vel ad infamandū créaturas Dei : que
de ſe bonę ſunt : vel ad maiorem credu-
litatem & deceptionem fidei animarum
hominū perditionū qui hiſ & aliis vtun-
tur ad dęmonū inuocationem : non igi-
tur vtitur maleficus immo verius dęmo-
huiusmodi tanquam rebus efficaciori-
bus ad tale maleficiū : ſed tanquam fi-
gnis paclī illius inter ſe & iſum malefici-
um quem iam vt ſuum cultorem poſſidet
tanquam hereticū & à fide alienum.

Quod inientes paclū cum dęmo-
nibus tacitum vel expreſſum ſunt
idolatrę heretici & alieni à
catholica fide .

TRACTATVS

QVOD autem isti sint heretici est
articulus de erroribus circa ar-
tem magicam quod inire pactū
cum dēmonibus tacitum vel expressum
non sit idolātria vel species idolātriae &
apostasie. Error. & intendimus pactum
esse implicitum in omni obseruatione
superstitiosa : cuius effectus non debet à
Deo vel natura expectari rationabiliter.
Vnde talia exercens idolātra est : quia
inter alios articulos de erroribus circa
artem magicam quos ponit Gerson,
quartus in ordine est quod per artes ma-
gicas dēmones in lapidibus anulis : aut
speculis : aut imaginibus nomine eorum
consecratis : vel potius exsecuratis indu-
cere : cogere : vel arcere : vel eas velle
viuificare non sit idolātria . Error . &
articulus •xix• quod sanguis puppe vel he-
di : vel alterius animalis : vel pergamo-
num virginem : aut corium leonis & si-
milia habeant efficaciam ad expellendū
dēmones ministerio huiusmodi artium.

Error. Intellige hoc vt sunt res : quia vt
sic sunt & bona à Deo sunt : sed vt dictū
est vtitur his maleficus vt signo inuocati
demonis tacite vel expresse ; & quod di-
co de his rebus intelligo de cāracteribus
quibus sēpissime vtuntur in suis supersti-
tionibus .

Quod vbi per maleficium concubi-
tus non sequitur vel alterius alicuius ma-
lefici effectus nō ad nigromāticos ; sed ad
Deū ē recurrēdū pro solatiōis remedio .

Attende tamen quod vbi per ma-
leficium Deo permittente occul-
to iudicio : & diabolo procuran-
te concubitus non sequitur inter con-
iugatos vel alicuius alterius maleficii ef-
fectus apparet . nō ad magos & nigromā-
ticos & fortilegos est recurrendū pro so-
lutione & remedio vt ī hac nostra tēpe-
state ad quosdā nephādos sacerdotes pas-
sim isti vulgares cōcurrere nō verentur .